



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

51. Servi in quibus non teneantur obedire Dominis? Ex p. 7. t. 7. r. 49.
alias 48.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

RESOL. I.

An serui, & famuli possint licite obedire Dominis si præcipiant, ne audiant Missam, vel laborem in diebus festis? Ex part. 7. tract. 7. Ref. 53. alias 52.

1. **A**D hoc dubium respondet Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 7. §. 9. ubi sic ait. Quæres an serui semper à præcepto excipiantur, quum iussu domini aliquid obire, & exequi compelluntur? Respondeo, conuenire inter omnes legitimam eis inesse peccati excusationem, si sibi probabiliter, & grauius nocerent domino non obtemperantes, vt alio loco superius admonui.

Superius in Ref. not. seq. & Vlt. huius

* Quoad hoc lege doctrinam Ref. seq.

2. Rursus certi iuris est, eos debere Missam audire, si ob Ecclesiæ contemptum omittere domini iuberent. Verum id dubia quæstionis est, * An quando Domini imperant famulis aliud facere, iustam peccati excusationem habeant, si iussa Domini faciant, tamen si nullum aliud detrimentum sibi probabiliter timerent præter duriusculam reprehensionem, vel iram? Aitunt quidam generatim eos liberos esse culpam si rem diuinam omittant, vt dominis obediant, omni etiam metu mali subiato. Verum si eis obiciatur, magis esse Deo, & Ecclesiæ parendum, quam hominibus. Dicunt id locum habere, cum domini præcipiunt aliquid, quod esset contrarium Dei, & Ecclesiæ mandatis: at dum Ecclesiæ præcipit rem diuinam audiri, vult solum vt serui, vel famuli audiant, cum iussu dominorum aliud præstare non coguntur: quare serui iustam hac in re excusationem obtinent, domini non item qui quidem non raro in hac parte peccant: tum quòd nihil sua interesse putant quòd serui & famuli audiant rem diuinam, necne, salutem illorum spirituales negligentes, tum sap. numero leuia aliqua præcipiunt eo tempore quo res diuina audiri debet, cui nimirum incommodo, si vellent domini facile posset occurrere. Ita Azorius, qui citat Syluestr. Rosellam, & alios.

* Sup. hoc supra in tr. 5. lege doctrinam §. 1. Ref. 46.

3. Non desunt tamen Doctores excusantes seruos à peccato propter solam reprehensionem domini absque alio timore grauis damni: & idè Machadus to. 2. lib. 6. p. 7. tract. 11. docum. 4. n. 3. sic ait: Es pues quæstion, y grauamente controuersa entre los Doctores, si quando el criado no teme que su señor le desprecie, ni se le quede con su salario, sino solamente que lo reprehenda a speramente, si en tal caso deue no obedecerle, y padecer antes essa incomodidad, que dexar de cumplir con el precepto. Probabile opinio es, que es obligada à padecer essa pequeña incomodidad antes, que dexar de cumplir con la obligacion del precepto: porque parece, que no auendo incomodidad notable, es muy iusto, que primero obedescamos à Dios que à los hombres. Si bien la mas probable es, que aunque no concorra causa iusta de miedo, ne de incomodidad alguna en el criado, solamente por evitar la vña, y condicion rigurosa de señor, se escusa de la obligacion del precepto, quando se lo manda: enyo será el pecado, y correrá por su cuenta, si iniustamente, y sin causa le mandare, o ocupar en el tiempo que deue el criado oyr Missa. Fundantse los Doctores desta opinion, en que juzgan, que quando la Iglesia, obliga o manda à los criados que oyan Missa, no trabajen los dias de Fiestas, &c. Se entienda de baxo de condicion, si sus señores no les mandaren lo contrario, o lo impidieren con acciones incompatibles. Ita ille.

4. Sed vt v. rum fatear existimo cum Trullench. tom. 1. lib. 3. c. 1. dub. 9. n. 9. solam duriusculam reprehensionem Domini absque graui damno, modo ex-

plicato, non exulare famulum; quilibet enim tenetur præcepta adimplere per se loquendo, quousca potest adimplere, absque graui incommodo.

RESOL. LI.

Serui, in quibus non teneantur obedire Dominis? Ex p. 7. tr. 7. Ref. 49. alias 48.

§. 1. **R**espondeo certum esse non teneri, nec posse obedire in iis, quæ per se mala sunt, vt quæ sunt contra ius naturale, vel ius gentium, & in aliis quæ sunt contra ius diuinum præceptis. In iis vero quæ Ecclesiæ & legibus ciuiliū Principum sunt contraria, considerandum est, an actus obliget Ecclesiæ, vel Principis præceptum, quàm domini: & tunc etiam magis potius Ecclesiæ, quàm domino parendum est: Quod si Principis præceptum, vel Ecclesiæ non ita actus obliget, vt velit anteponi præcepto domini, tunc potius seruis tuta conscientia parere domino, quàm in tali casu non obligat Ecclesiæ, vel Principis præceptum, vt in multis exemplis expressum est: agentes de præceptis Ecclesiæ. Denique si res sit indifferens nec bona, nec mala ex se, obediendum est domino: & a fortiori multò magis, quando essent opera bona, & conformia legibus. Et ita tenet Azorius tom. 1. lib. 3. c. 1. §. 8. n. 10. Filiuc tom. 2. tract. 28. par. 2. cap. 3. n. 4. & Trullench. in Decal. tom. 1. lib. 4. c. 1. dub. 5. n. 4.

2. Non deseraunt tamen hic adnotare Machadum tom. 1. lib. 6. par. 7. tract. 13. docum. 1. n. 2. Sic asserere. Digo pues, que aunque por expressa ordenança de los sagrados Canones consta, que por ninguna causa, ni respeto se deue hazer accion alguna que de suyo, y ab intrinseco sea mala, aunque por el temor se pierda la vida, honra, y hazienda; porque la misma razon natural dicta, que todas essas causas se han de temer menos, que la muerte del alma, que se causa por el pecado. Con todo esso vna glesia, que aprueba la vida, no pecca. I otros Iuristas Classicos desprecian, que el esclauo, que comero algun delito por mandado de su señor, y apremiado con temor de perder la vida, no pecca. I otros Iuristas Classicos desprecian, que el esclauo, que por mandado de su señor conculido con este iusto temor matò a la muger de su señor, de quien sospechaba, que le hazia ofensa, no cometo pecado en el fuero interior, ni en el exterior, mercede pena por auerla muerta. Ita ille. Sed circa hæc magnam habeo difficultatem, & in his standum est Theologis, & nõ Turicconsultis, & quicquid Turicconsultorum opinionem profus & merito refellunt Theologi.

RESOL. LII.

An Christiani Infidelium serui possint licite aliquum prestare Dominis, quando inuuant in Templum Idolorum?

Et an ancilla Christiana à pagani captiua possit genuflectere, vna cum Domina in Templo Idolorum genua flectente, & sese prosternente? Ex p. 7. tr. 7. Ref. 56. alias 55.

§. 1. **D**ifficultas est an seruo Christiano apud Paganos captiuo liceat in eorum templis genuflectere, obsequium, & officium suo domino genua summittenti debitum præstando, quo cum incuruatum sustentet: Nam ex vno capite id non esse licitum videtur, quoniam Nahaman opera, & ministerio Elisei curatus à lepra, ardentè postulat ab eo, vt Deum suum precaretur: Quòd, inquit mihi ignoscet, si adorauerim in templo Remmon, domino meo adorante. Ex altero capite id videtur licitum esse si-